



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

IX. Quantum commodum sibi episcopus tollat de ecclesia, cuius
tumulauerit sacerdotem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ANNO
 CHRISTI
 655.

* retinea-
 tur

* reddatur ratio plena, aut fraus non inueniatur
 illata. Quod si presbyter, aut diaconus fuerit, quos
 obiisse constiterit, non sine cognitione sui episco-
 pi rem eius heredibus adire licebit. Quisquis sane
 post hæc transgressor inuentus extiterit, pro his
 quæ non expectato hoc ordine adierit, inuasionis
 damno legis sententiæ subiacebit.

VIII.

Si sacerdotes, vel ministri, dum gubernacula
 ecclesiarum administrare videantur, contra patrum
 sanctissimas sanctiones de rebus ecclesiæ definisse
 aliqua dignoscantur, non ex die quo talia scriben-
 do * decreuit, sed ex quo talia moriendo definita
 * reliquit, supputationis ordo substabit. Nusquam
 etenim * poterit ad tricennium temporis pertine-
 re vita irritæ iudicantis: quia status contractuum
 initia non assumpsit ab origine æquitatis.

IX.

Plerique dum rapinis inhiant, vt non debent,
 aut miserationis opus condigne non implent, aut
 indebita ipsi miserationi damna permiscunt. Ideo-
 que ne amplius misericordiæ opus execrabile dila-
 batur in scelus, id communi decreto sancimus, vt
 cum pontificem mori contigerit, episcopus, qui ad
 humandum corpus eius aduenerit, descriptis the-
 sauris, * atque domorum internis, si locuples dece-
 dentis ecclesia fuerit, non amplius quam † libram
 auri in rebus quibus ei placuerit, exceptis orna-
 mentis ecclesiæ, cum gratia offerentum auferre
 pertentet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam
 libram sibi licenter vsurpet: nam & hæc ipsa vsur-

16. quæst. 3.
 Si sacerdo-
 tes.

De tricena-
 li possessio-
 ne in rebus
 ecclesiæ, vi-
 de Conci-
 lium Cal-
 chedonenf.
 Can. 17. &
 Tolet. IV.
 cap. 34. &
 epistolam
 Gelasii pa-
 pæ ad epi-
 scopos Si-
 cilie.

Extat de
 hac ipsa re
 decretum
 Cõcilii Va-
 sensis Cã. 2.
 & habetur
 apud Gra-
 tianum 12.
 quæst. 2.
 Præcipien-
 dum.

† Centum
 drachmas
 auri valet,
 quæ faciunt
 decem auri-
 reos coro-
 natos, ex
 Budæo.

* decre-
 uerunt,

* relique-
 runt,

* ad tri-
 ennium te-
 poris per-
 tinebit ir-
 rite hoc
 iudicatis:

* atque
 ornãmẽ-
 tis omni-
 bus,

pare ratio nulla permetteret; nisi eius, qui conuenit, sacerdotis iniuriæ contemplatione antiquitas hoc *vfitata seruasset. Porro *breuem descriptarum rerum sub fideli relatione idem qui descripsit dirigere metropolitano curabit. Metropolitanus ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat; sed solum, quæ ad eum pertinet, *saluationis curam impendat.

ANNO CHRISTI 655.

*vfurpata
*breue

*curam salutarẽ impèdat.

X.

15. quæst. 8.
Cum multa.
Iuo part. 6.
cap. 425.

Cum multæ super incontinentiam ordinis clericorum vsque hætenus emanauerint sententiæ patrum, & nullatenus ipsorum *formari quiuerit correctio morum, vsque adeo sententiam iudicantium protraxere commissa culparum, vt non tantum *ferretur vltio in *auctõribus scelerum, verum & in *progenie damnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo, vsque ad subdiaconum deinceps, vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio in honore constituti filios procreauerint; illi quidem ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur, proles autem *tali nata pollutione, non solum parentum hereditatem nusquam accipiat, sed etiam in seruitutem eius ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri *ignominia nati sunt, iure perenni manebunt.

*reformari, al. firmari

*ferretur
*auctores
*progeniem

*aliena, vel hac

*ignominio

XI.

Dist. 53.
cap. Qui ex familiis.

Qui ex familiis ecclesiæ seruituri deuocantur, in clerum ab episcopis suis libertatis necesse est percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum maioribus fungantur officiis: quos vero flagitii sordidauerit incorrigibilis noxa,